Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

magog principem capitis mosoch et tu
bal et nativitatem de eo et dices ad eum.
Hec dicit dominus. Ecce ego ad te gog
principem capitis mosoch et tubal et ar
cuagam te et ponam frenum in maxillis
tuis et educam te et omnem exercitum
tuum equos et equites tuos vestitos loricis
universos multitudinem magnam habe
tam et clipeos arripientium et gladium.
Pse et chiopes et libies cum eis. Omnes
sarcati et galeati gomer et universa ag
mina eius domus togorma latera aq
lonis et totum robur eius populos multos
tecum para et instruere et omnem
multitudinem tuam que congregata
est ad te et esto eis in preceptum. Post
dies multos visitabis in novissimo
annorum venies ad terram que reversa est
a gladio congregata et de populis multis
ad montes israel qui fuerunt desertis iugiter.
Hi de populis educta est et habitabunt in ea
confidenter universi. Ascendens autem quasi tem
pestatem venies et quasi nubes ut operies
terram tu et omnia agmina tua et populi
pluri tecum. Hec dicit dominus deus.
In die illa ascendent simones super cor
tuum et cogitabis cogitationem pessimam.
et dices. Ascendam ad terram absque muro
venientes ad quietos habitantes se
cure omnes habitant sine muro.
Vectes et portas non habent eis. ut di
ripias spolia et invadas predam. ut
inferas manum tuam super eos. quia de
serti fuerant et postea restituti et super pop
qui de congregatus ex gentibus. qui possedere
erant esse habitatores umbilici terre. Saba
et dedan et negotiatores tharsis. omnes
leones eius dicent tibi. Numquid
ad sumenda spolia tu venisti. Ecce
ad diripiendam predam congregasti multitu
dinem tuam. ut tollas argentum et au
rum et auferas supellectilem atque sba.
et diripias manubias multitudinis. Pro
terea vaticinare fili hominis et dices
ad gog. Hec ait dominus deus. Nunquid
in die illo cum habitabunt populi meus
israel confidenter ecces et venies de loco tuo
a lateribus aquilonis tu et populi multi tecum.
Ascensores equorum universi exercitus magnus
et vehemens exercitus. Et ascendes
super populum meum israel quasi nubes ut op
perias terram. In novissimis diebus eris.
et adducam te super terram meam. ut
sciant gentes me cum sanctificatus fuero
in te in oculis eorum. O gog. Hec dicit dominus
deus. Tu ergo ille es de quo locutus sum
in diebus antiquis in manu servorum meorum
prophetarum israel qui prophetaverunt in diebus illo
tempore ut adducerem te super eos. Et erit.
in die illa in die adventus tui gog.
super terram israel ait dominus deus. Ascendet
indignatio mea in furore meo. et in
zelo meo. In igne irae mei locutus sum.
quia in die illa erit commotio magna
super terram israel et commovebuntur a facie
mea pisces maris et volucres celi et
bestie agri et omne reptile quod movet
super humum et cuncti homines qui sunt
super faciem terre et subvertentur montes
et cadent saxa et omnis murus in terram
corruet et vocabo adversus eum in me
tis montibus meis gladium ait dominus
deus. Gladius viri contra fratrem suum
dirigetur et in iudicio eum pestis et
sanguine et imbre vehementi et lapi
dibus imensis. Ignem et sulphur pluam
super eum et super exercitum eius et super
populos multos qui sunt cum eo et
magnificabor et sanctificabor et notus
ero in oculis gentium multarum et scient
quia ego dominus. Capitulum. xxxix.
Tu autem fili hominis vatici
nare adversus gog et dices.
Hec dicit dominus deus.